

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Johann Rörentorph Christoph Bonorden

## **Disputatio Iuridica, De Donationibus**

Rostochii: Pedanus, 1624

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730921182>

Druck Freier  Zugang



Schriften

Nut.  
Rorontopia - Bonorden  
jhr. 1624.



Disputatio Juridica 25  
DE  
**DONATIONIBUS.**

*Quam*

Duce Jehovâ, & auspice Christo  
*in Florentissimâ Rosarum Academiâ*

SUB PRÆSIDIO

**J OHANNIS Rörentorph/**  
Lipp. VVestph.

*Dnn. Collegis ventilandam  
exhibet*

**C H R I S T O P H O R U S Bonorden**  
Buckenburgicus.

*Est res sanctissima civilis sapientia; quæ pretio nummario non  
estimanda, Ulpian, in l. i. §. 5. ff. de Extraordinar.  
cognit.*



ROSTOCHII,  
*Typis Joachimi Pedani, Anno 1624*

¶

Præstantissimo, Literatissimo & Excellen-  
tissimo viro,

Dn. CHRISTOPHORO Bohnen/  
Illustrissimi ac Generosissimi Comitis ac  
Domini, Domini JUSTI-HERMANNI, Comitis Hol-  
satiae, Scaumburgi & Sternbergæ, Dynastæ in Gehmen  
& Bergen &c. Secretario dignissimo, cognato &  
compatrio meo æternum honorando,

UT ET

Speciatissimis ac virtutum variarum fulgore  
fulgentissimis viris,

Dn. ADOLPHO Sassenberg/ civitatis  
Buckeburgensis Senatori, ac civi pri-  
mario, cognato ac compatrio itidem  
colendo:

Dn. VV I L H E L M O Bonorden/ dicti  
Comitis Præfecto frumentario fidelis-  
simo, Parenti meo filialis observantia  
cultu prosequendo.

Dnn. fætoribus & respectivè parentibus, pietatis  
& reverentia studio officiosè colendis,

hanc juris disceptatiunculam, in singularis  
observantia symbolum, & qualiscunq;  
diligentia testimonium

Inscribo & offero,  
Christoff Bonorden/ Auct. & Resp.





## Thefis I.

**N**aturam donationis multi suis scriptis ex-  
posuerunt, ita ut ijs, qui cum Athericiensibus in  
nulla re alia tempus a se benè, collocari existi-  
mant, quam si aliquid subinde novi dicatur &  
audiatur, actum agere videri possim, dum the-  
mata hæc de donationibus concinno, & in  
publicum emitto. Verum enim verò quod in divite aliqua metalli  
vena contingit, ut quò plus argenti est erūtum, eo plus subinde re-  
periatur; quod in fontium sit scaturigine, ut nunquam deficiant,  
neq; aquis inde profluentibus exhauiantur, quod deniq; in pingui  
solo accidit, ut iteratis sationib; & messibus nihil de sua perdant  
ubertate. Idem in hac nostra materia evenit, ut quo plures de eis  
scribuntur scripti; sunt hactenus tractatus, imo & integri libri, eo  
plures scribendi relinquuntur. Abundè satis eam explicarunt veter-  
es JCii, nec tamen idcirco reprehendamus, sed potius laudamus  
& Neotericorum lucubrationes; imo cuivis notum, quod vario-  
rum scriptorum (quorum nomina huc referre odiosum foret) ope-  
ra, magni & stimentur ac in pretio nobis sint, licet in illis nihil sit scri-  
ptum, quod non ante ipsos alij totidem sententias & vobis expo-  
suerint. Quare neminem fore arbitror, qui meum hoc institutum  
iniquo accipiat animo, sed singulos serena ac hilari fronte id acce-  
pturos, confido.

2. Cum autem in omni dissertatione primum omnium defini-  
tio necessaria, attestante communī literatorum sensu & consensu,  
*Cic. 1. Offic.* unde eam quidam elegantissima similitudine indigitant  
anchorarum omnium firmissimam, sicut enim anchora in procellosa  
maris agitati tempestate fluctuantem sifit naviculam: sic definitio  
in tanta rerum contusione & confusione errantem vagantemq; sifit  
animum ut cui adhæreat demum reperiat; ideo haud incertitudine  
generalem donationis definitionem praemitto.

A 2

3. Defi-

3. Definitur in genere donatio (qua nomen suum trahit à dono, quasi doni datio h. senatus 35. §. 1. ff. de mort. caus. donat.) actus, quo res relativè sive ob causam vel simpliciter in aliquem volentem conferuntur Gometz. 2. var. resol. 4. in pr. & n. 1. Clar. 4. sent. §. donatio q. 1. aliter Welsenb. Inst. b. & in par. ff. n. 2. Estq; donatio originis, per se nudè considerata, in natura fundata, neq; alijs gentibus prorsus fuit incognita, verùm ratione modi donandi, eam juris civilis esse astruimus. pr. Inst. hic ibid. Giphan. Hillig. lib. 5. Donell. Enuel. c. 2. lit. b.

4. Dividitur autem in veram sive propriam, & in minus propriam sive conditionalem, h. t. ff. b. t. Moz. de donat. n. 3. hæc latè sumptuosa vocula, l. t. verb. bac non propriè ff. eod. communiter mortis causa donatio nominatur. tot. tit. ff. & C. de donat. caus. mort. de hac infra pluribus agetur: Illa inter vivos nuncupatur tot. tit. ff. & C. & §. 2. Inst. b. t. de qua prius dicetur.

5. Et hæc à varijs variè definiti solet, quas definitiones singulas hinc recensere nimis prolixum foret, placet nobis definitio à Hosten. in summ. sua extr. de donat. posita; quæ definitur rei licita, nullo jure cogente, ex mera liberalitate facta collatio; quæ fundata in l. donari ff. b. t. l. donari ff. de R. f. §. alia Inst. b. t. licita dicitur ad differentiam illicitarum rerum quæ non possunt vendi l. sepè, §. venenif. de contrab. emp. l. iur. C. defurt. item ad differ. rerum sacrarum, & earum quæ sunt extra commercia hominum, neq; hominibus applicari possunt §. 1. & 2. Inst. de inutil. stipul. de quibus paulò post fusiū, ubi tractabitur materia donationum; Nullo jure cogente additur, quia nemo ex necessitate liberalis existit, l. rem legatum. 18. in fin. ff. de legar. adim. l. 29. ff. b. t. Liberalitate ponitur, ut distinguatur à remuneratoria, in qua considerantur merita L. Aquil. ff. eod.

6. Donare regulariter possunt omnes; dominium liberamq; rerum suarum administrationem atq; consensum habentes, arg. l. in remandata 21. C. mandat. nisi nominatim prohibeantur, arg. l. 12. in pr. ff. de judic. l. 43. §. 1. ff. de procur. l. 1. §. 1. ff. de procur. l. 1. §. 1. ff. de test. vel naturi, aut lege ipsa Dd. comm. ad tit. ff. & C. b.

7. Naturā prohibetur l. furiosus, dixi enim voluntatem ac consensum requiri; furiosi autem consentire nequeunt, quia nulla ipsorum

rum

rum voluntas, nulla mens § præterea Inst. quib. non est permis. fac. test.  
nullus animi sensus, l. si cum dotem 22. §. si maritus 7. ff. solut. matrim.  
& habentur loco absentium, in ijs, quæ animi requirunt præsentiam  
l. ubi non voce 124. ff. de R. f. proinde donare non poterunt. Si ta-  
men non continua mentis agitatione agitantur, sed perspicuis gau-  
deant intervallis, sanaq; mente & judicio remittente furore utantur,  
non est dubitandum, quia intra hoc tempus acta valeant, per l. fu-  
riosum 9; ubi Dd. C. qui testam fac. poss. l. divisus 14. ff. de offic. presid. idem  
quoq; dicendum erit de mente capto, per. l. 23. §. 1 ff. b. t.

8. Cum etiam infantes nihil intelligant, & pro absentibus re-  
putentur l. coram Titio 209. ff. de V. S. merito furioso comparantur  
§. pupillus 9. Inst. de inutil. stipul. l. quod infans. 60. ff. de R. V. arg. l.  
sancimus in pr. C. ad SC. Trebell. Pariter & furioso æquiparatur Ebrius  
ad exilium usq; mentis, cujus neq; pes, neq; mens, suum fatis facit  
officium, qualis fuit Chremes Terentianus in Eunuch scen. 5. act. 4.  
ideò & par de his judicium erit; vid. Anton. Hering. de fiducijs c. 7.  
n. 120. & seqq;

9. Nec aliena ab hoc loco est disceptatio; an mutus & surdus  
donare possint? placet nobis negantium Responsum cum communi  
Dd. schola; cuius fundamentum Mercuriale, firmamentum legale pe-  
tius ex lege 10: C. qui testam fac. poss. ubi disertis verbis distinguitur  
inter mutum & surdum simul à natura; & ex accidenti, cui infortuniu  
quoddam sive superveniens morbus, & vocem abstulit & aures  
conclusit: ita ut illi; donationem celebrare indistinctè interdicatur,  
huic nonnunquam concedatur; ratio diversitatis hæc colligitur ex  
ead. l. quod hic forte literas sciat; ille vero eas discere non potuerit.

10. Lege donare prohibentur servi, l. contrai 28. §. si filius. 2. ff.  
de pæct. l. i. §. i. ff. quæ respign. dar. poss. qui cum nihil possident, sed  
potius possidentur, ideo donare nequeunt; nostris vero temporis  
gentiliti illa servitute sublata, res proprias donare omnino illis  
permisum est.

11. Filij fam. quoq; donare nequeunt; etiamsi liberam peculij  
administrationem habeant, l. 7. ff. b. t. nam perdere ponūs, quam  
donare videntur, quod eis minimè concessum d. l. 7. in pr. exce-  
ptis certis casibus in ead. l. expressis, quibus recte donare possunt,  
utpote, si justa ratione moti donent d. l. §. i. si pater consentiat, sive

nominatum adiiciat liberè eos donare de peculio concessio, posse.  
l. 2. in pr. ff. de donat. quo tamen casu pater donasse censemur l. 9. §.  
quod filius fam. 2. ff. eod. si sit filius senator, vel alterius dignitatis d.  
l. 7. §. 3. si deniq; peculium castrense vel quasi habeat, in quo nullum  
jus patrii est l. 3. in fin. C de castr. pec. sed liberam potestatem dispo-  
nendi, adeoq; donandi concessam habet l. 2. C. d. t. l. 7. §. fin ff. b. t.

12. Num autem idem jus obtineat in bonis filijam. adventitijs  
multum ambigua quæstio est? Affirmantium saluto castra, hac ta-  
men cum clausula, si ei à quopiam bona quædam ea conditione, ne  
in ijs pater usumfructum haberet, relicta sint, tum enim & que in illis  
facultas donandi conceditur, ac in Castren. vel quasi Nov. 117. c. 1. § 1.  
fisc. prius ad perfectam pervenerit ætatem. Et hanc communem esse  
Dd. sententiam testatur clarè clarissimus Clarus lib. 4. sent. §. dona-  
tio. q. 6. n. 2.

13. Consimiliter pupilli, ut regulariter sine tutoris autoritate  
non obligantur tot. tit. Inst. ff. & C. de author. tut. ita & donare ve-  
tantur, l. 11. ff. de A. R. D. adeò ut nec tutoris autoritate convalide-  
tur, nisi parentibus vel cognatis pupillus soleantia quædam munera  
tutore authore mittat, vel simile quid præstet, l. cum plures 12. §. 3.  
ff. de admin. & peric. tutor.

14. Minores item 25. annis sine curatorum assensu, si quos ha-  
bent, res mobiles firmiter ac irrevocabiliter non donant, nisi maiores  
facti, donationem habuerint ratam: arg. l. i. & 2. C. si major. fact.  
rat. hab. immobiles verò res à dominio suo sine decreto alienare,  
plane non possunt l. 4. l. 6. C. de pred. & alijs reb. min. sine decret. non  
alien.

15. Pari ratione & prodigis, qui neq; tempus neq; finem ex-  
pensarum haber, sed bona sua dilacerando & dissipando profundit,  
l. 1. ff. de curat. furios. cuiq; bonis interdictum est, donator esse non  
poterit; quippe qui furioso & equiparatur, in eo quod utriusq; nulla sit  
voluntas, l. 40. ff. de R. f. in eo autem differunt, quod furiosus ne  
quidem contrahendo sibi acquirat; prodigis vero contrahendo  
alium sibi obliget, l. 6. ff. de V. O. Quatenus igitur prodigus contra-  
hendo suam conditionem facit meliorem non furioso, sed pupillo  
assimilatur l. 9. §. 7. ff. de R. C. An vero ipso jure bonis prodigo sit  
interdictum, vel magistratus tandem decreto intercedente contro-  
verti

verti quam maximè constat? Tentabimus num defendi possit, duo ista conjungenda esse, Legem seu Jus, & magistratum. Lex enim jubet, ut prætor causa cognita bonis interdicat; Ant. Matth. disp. 8.  
defund. jur. alit. jac. th. ii.

16. Porro Rei capitalis criminis qui sunt, post contractum crimen non recte donant, si condemnatio subsecuta fuerit l. 15. ff. b. t.  
l. 24. C. de donat. int. vir. & ux. Quod de jure novo ex quo neq; bona Auth. bona C. de bon. damnat. neq; libertas auth. sed hodiè C. de don. int. vir. & ux. damnatis auferuntur, videtur correctum, Wes. in par. ff. b. t. n. 7. in fin. licet ex l. 2. & 4. C. de bon. prescript. contrarium adstrui possit. Gail. de p. p. c. 19. Interim tamen si crimen perduellionis (etiam si nondum postulatus vita decesserit) contractum sit, ratæ donationes esse non possunt, l. 31. § fin. ff. b. t. l. pen. & ult. ff. ad L. Jul. maj. l. 5. §. 4. C. cod. l. 9. §. 2. C. de bon. prescript.

17. Insuper & pater sub relatione ad filium quem in potestate habet, inter personas prohibitas à plerisq; refertur, quia quod illis liberis donatur, statim parentibus acquiritur l. 17. in fin. C. b. t. sicq; sibi ipsi donaret; Excipiunt tamen dotem, cui hodiè exequata donatio propter nuptias, Nov. 97. l. ult. C. de collat. bon. ratio exceptionis, quia dos non tam filia cedit, quim marito ejus, qui dotis fit dominus subtilitate juris l. 75. ff. de jur. dot. l. 30. C. eod. hinc dos data filia, dicitur abscedere à bonis patris l. 14. ff. ad L. Falcid. l. ult. ff. de collat. dot. quod nonnulli adeò extendunt, ut ne juramento confirmari i talis donatio possit; à quibus Diss. Gail. 2. O. 38. n. 7. Myal. 2. O. 33. n. 5. Clar. d. l. q. 4.

18. Alia quoq; est ratio in sumptibus quos pater filio studiorum gratia subministravit, dum enim illos exponit, non tñm donare quām debita præstare vel exsolvere videtur, quippe quo jure censentur *recompensæ*, sive alimenta, eodem & sumptus studiorum, per l. 3. §. 2. & 5. ff. ubi pup. educ. l. 15. C. de negot. gest. l. fin. vers. ceterum, C. de aliment. pup. præstand. At parentes ad alendos liberos naturali ratione obstricti sunt, l. fin. §. 5. C. de bon. que liber. E. præterea ex eadem propositione colligitur quod quemadmodum *recompensæ*, non computantur in divisionem, ita nec sumptus ad studia impensos, ex ratione supra notata hac thes. quod scil. censeantur eodem jure; Et licet mortuo patre registrum extet, tamen remissos esse dicendum

vide-

videtur, cum quemadmodum arma militaria à patre in militiam proficisci donata, cum fratribus communia non habet, nec conferre cogitur l. 4. C. fam. ercisc. ita nec filius ad musarum castra abiens ad hoc tenetur; cum inter se milites & advocati comparentur in jure l. 14. C. de advoc. divers. judic. add. l. 50. ff. fam. ercisc. nisi tamen inutiliter & in pessimos usus eos collocauit filius, ac plus temporis in calice, quam Codice consumperit; tunc enim cessante causa studiorum, meritò cessabit privilegium; Quod de sumptibus hic dixi, idem ad libros studiorum gratia à patre vel matre traditos sive emptos extendo, Menoch. 2. A. J. Q. cas. 131. item ad expensas pro dignitate & honore doctoratus &c. subministratos per l. 1. §. sed an. 15. ff. de collat. Schneid. ad §. quedam. 20. n. 42. Inst. de act. Duaren. c. 2. C. de collat. bon. adde omano Mægnis. Do. Ernest. Cothm. Resp. jur. 3. n. 27. illiusq; in responsi appendice, n. 53. & alios ab his relatios.

19. Postremò tutores, curatores & administratores civitatum donare nequeunt, siquidem res sibi commissas administrare non perdere debent l. 16. C. de admin. tut. vel curat. l. 2. §. 8. de admin. rer. ad civ. pertin. cuius occasione oportunè quæritur? An prælatus quilibet res Ecclesiæ, Princeps bona regni, irrequisito consensu subditorum, donationis titulo ab alienare ac in alium transferre possit? Neg. c. nulli liceat §. alienationis & tot. tit. de reb. eccles. alienand. vel non alien. c. intellecto 33. extr. de jurejur. l. Imperatores. 37. ff. de patt. l. 1. §. 1. ff. de offic. procons.

20. Neq; extra oleas vagabimur, si paucis inquisiverimus, utrum Sylvestro Pontifici, ejusq; successoribus seu Romanis Episcopis, Constantinus Magnus urbem Romam cum toto occidentali Imperio, omniq; jurisdictione ac potestate in secularibus donaverit, licet enim hæc quæstio ad materiam donationum maximè spectare videatur; attamen non ingongruè etiam hic ea pertractatur; Negat. autem opinio hic ad palatum nostrum; ob rationes non fculneas, sed herculeas; siquidem Historici uti Eusebius, Eutropius, Socrates, Sozomenus, Theodoreus, Russius & alijs, qui partim seculo Constantini magni vixerunt, vitamq; illius accuratissimè descripserunt, qui etiam minima quæq; notarunt, minimè verò hujus immensæ prodigalitatis mentionem faciunt. Verisimile verò non est, velle quempiam diligentem historicum minima quævis enarrare & majo-

ra

ra silentio involvere; quod vero verisimile non est, nec probabile censetur, l. 13. de probat.

21. 2. Falsitas hujus donationis elucet inde, quod falsis ac plane diversis testimentijs eam Episcopi Romani probare conantur. Alter à Melchiade sive potius Miltiade Sylvestri antecessore in c. futuram. 12. q. 1. aliter in c. Constantinus dist. 96. aliter à Nicolao 3. in c. fundamenta 17. in b. profertur; Constat autem diversitatem scripturarum nihil firmitatis habere, l. scripture diversa 14. C. de fid. instrum. neq; quicquam certitudini magis contrarium quam variationem clement. 1. de renuntiat. non enim ex pluribus causis res nostra esse potest. l. 159. de R. f. Testatur quoq; Colerus JC. eximus, p. m. se vidisse Lipsiae Decreti Exemplar manu scriptum, nec in eo, c. Constantinus inventum fuisse.

22. 3. Cum etiam manifestum sit Imper. ea bona ac jura quæ sc. imperij caput & cor tangunt, quæq; ossibus tantæ Majestatis impressa manent, vel etiam amplissimas ditiones expropriare seu in totum separare à corona & dignitate regia non posse; ideo neq; hanc prodigalitatem cum exercere potuisse unanimi suffragio itum est; nec enim imperium est in manus Principis, ut loquitur Bald. ins. intellecto extr. de jurejur. ita ut ejus jura pessundare & instar pecunia per fenestram ejaculare liceat. Hinc verissimum esse autumus; quod ex actis vaticanis se haussisse testatur Bodin. Hanc fabulam longi temporis mendacia confinxisse lib. 1. de republ. c. 9. pag. (mihi) 184. in fin. lin. antepen. Hisce qui non exaltavit stomachum adeat differentem fusissimè Theod. Reinkling in tractatu commendatione Et lectione dignissimo de regim. secul. Et Ecc. lib. 1. claus. 2. c. 8. n. 45. Et mult. seqq; ubi rationes dubitandi speciosas potius quam nervolas, apparentes magis quam urgentes solidè refellit ac repellit.

23. Quemadmodum autem non est omnibus donare permisum juxta hactenus dicta, ita quoq; nec omnibus donari leges concedunt, donari itaq; potest omnibus tam amicis l. affectionis, 5 ff. b. t. & necessarijs l. data 27. C. b. t. quam ignotis l. 29. C. b. t. (quæ 1. Cuius, putat. Theodosium corrigeret l. 25. C. ejusd. tit.) quam extraneis d. l. 29. C. tñm honestis personis, d. l. affectionis 5. ff. b. t. quam in honestis, ibid. adeoq; meretricibus d. l. 5. quæ licet turpiter faciant, quod sint meretrices: non tamen turpiter accipiunt, cum sint meretrices

erices Ulpian. in l. 4 §. 3. ff. de conduct. ob turp. caus. De jure Divino  
verò præsertim N. T. quo omnis turpis consuetudo i. Cor. 9. ad Epb.  
§. v. 3. & consequenter omnis donatio ob turpam causam, interdi-  
cta est, hoc non procedit vid. plura ap. Giphan. ad l. 5. m. 5. ff. de don-  
nat. tām præsentibus quām absentibus l. 6. C. b. t. veluti per literas,  
per epistolam l. 77. de R. V. l. 5. l. 13. C. b. t. nisi per legem prohibeantur  
arg. l. 43. §. 1. ff. de procur.

24. Prohibentur accipere donationem, infantes, cum enim in  
omni donatario requiratur consensus, quemadmodum constat ex  
supr. posita definitione, ac necessum sit, ut habeat rei, quæ sibi dona-  
tur affectum, hic autem cum in infante, qui faro non potest, desit, §.  
9. Inst. de inutil. stipul. l. 5. ff. de R. J. qua de causa etiam furioso cui  
iidem donari non potest, nisi ejus nomine curator rem accipiat l. 17.  
ff. de curat. fur. comparatur l. 1. ff. de bonor. poss. furios. infant. &c.,  
illi donari non potest, quamvis ejus nomine servus, quem idoneum  
esse constituerit, rectè donationem acceptet l. 26. C. de donat. ac in-  
fanti acquirat Cujac. in C. de donat.

25. Parili modo hæc donatio inter virum & uxorem constante  
matrimonio non valet, utpote à ll. prohibita, l. 1. §. 3. §. sciendum &  
tot. tit. ff. & C. & extr. de don. int. vir. & ux. idq; ob rationes in ci-  
tatis ll. expressas, & ab Hospitalio versiculis hisce inclusas.

Idcirco leges uxorem interdū maritum.

Dona vetant, ne sit uenialis gratia lecti

Deterior dū bonis, meliorem pellat avitis.

In donationibus verò remuneratorijs conjugum sive reciprocis se-  
cūs est, scil. ut liberis non existentibus prædefuncti bona ad supersti-  
tem perveniant l. 12. C. de inoffic. testam. l. 7. §. 2. ff. de don. int. vir.  
& ux. Gail. 2. O. 40. n. 7. Myns. 2. O. 33. n. 6. & seqq. Schneid. ad §. 2.  
Inst. b. t. n. 61. & seqq. ubi plures limitationes videre licet, inter quas  
haud postrema hæc est, si donans non fiat pauperior, nec donatarius  
locupletior &c. An verò inter conjuges accedente juramento va-  
leat & firmetur mirabile magnumq; Dd. certamen est? Affirmanti-  
bus, nos conjungimus aub. sacramenta C. si advers. vendit. Gail. &  
Myns. d. l. adde Bachov. in not. ad Treutl. vol. 2. disp. 19. th. 4. lit. c.

26. Neq; dubito donationem subsistere inter conjuges, per  
quam ex consuetudine utiq; recepta in festo Nativitatis Christi do-  
nant,

nant, sassen den heiligen Christ bescheren; eo namq; casu donatio  
potius ex pia gratulatione pro nato salvatore, quam ex liberalitate  
protecta censemur; Item donatio mariti senis vel ignobilis, facta  
uxori juveni vel nobili pro valida reputatur, si modo fiat in ipso  
actu dotis constituendæ, non verò constitutâ Treutl. d. l. tb. 4. lit b.  
in fin. Hunn. ibid. tb. 4. q. 25. alias & donari non posse à cœlestis vel  
armata militia militibus focariae seu concubinae Dd. tradunt per l. 2.  
C. de donat. int. vir. & ux. Brede Inſtit. b. t.

27. Materia donationis sunt omnes res, quæ in commercium  
cadunt, sive corporales sive incorporales, sive mobiles sive immo-  
biles, l. 2. in pr. l. 9. ff. b. t. l. 1. 2. 3. l. cum res 22. C. eod. modo donan-  
tis propriæ sint l. 14. C. b. t. l. 54. ff. de R. f.

28. Hic non inconsultè disquiritur quæſtio illa varijs Dd. opi-  
nionibus nobilitata & dubitationis plenissima, an scil. omnium bo-  
norum donatio valeat? Negativa quidem frequentata sed neuti-  
quam probata, quam etiam tuerunt Wes. in par. n. 5. Schneid. d. § 20  
n. 86. Clar. q. 19. Verum licet auctoritati horum Dd. nihil detraha-  
mus, tamen homines tuere erroribus obnoxij, qui ut in plerisq; re-  
ctè sensere & dixere, ita in paucis dormitavere juxta illud: Quan-  
doq; bonus dormitat Homerus: Nam si penitus ll. textus & funda-  
menta introspexerimus, affirmantium opinio, quorum judicio &  
nos adhæremus, luce meridiana clarior evadet, videl. l. 35. § sed & se-  
quis 4. & seq. C. b. t. l. 8. C. de revoc. donat. l. 5. C. de inoff. donat. l. 17.  
§. Lucius ff. quæ in fraud. credit. Corol. 6. miscell. 17. Bachov. ad Treutl.  
d. l. tb. 5. lit. c. & lit. d. ubi accurate distinguit tres casus circa donatio-  
nem omnium bonorum tam præsentium quam futurorum, bene no-  
tandos; quem adi.

29. Ex eodem dubitationum fonte profluit & alia quæſtio:  
quid nimirum sub appellatiene honorum contineatur? Et statuimus  
ea donatione, quæ quis omnia bona simpliciter se donare dixit, jura  
quoq; & actiones contineri; neq; obstat, quod aliquando bona à  
juribus separari, & ista invicem separata & distinctim nominata le-  
gimus in multis J. Canonici capitibus; ad hæc enim generalis est re-  
sponsio, quod multa ſæpe in textibus, præsertim in Pontificum con-  
ſtitutionibus, non necessariò, sed omnis dubitationis tollendæ gra-  
tia adiiciuntur, & quod verbum bonum, aliquando strictissime  
accipitur; speciales Respoſiones ad singula cap: apud alios videre  
licet.

30. Hisce cohæret & hæc disquisitio; utrum bona quondam Ecclesiæ donata, & ad Dei cultus, revera tamen profanos & falsos destinata, reip. vel privatorum impijs usibus hodiè cedant? Neg. Et ad pios & veros usus scil. Sacri Ministerij, Academiarum & Scholarum piarum conservationem & instaurationem similesq; meritò converti adstruimus l. 16. de usu & usufr. leg. l. 13. ff. de pollicit. arg: l. 1. l. 4. do admin. ad civit. pertin. R. Imp. de Anno 1555. §. dieveil aber ekliche Stände.

31. Insuper feudi alienatio, adeoq; donatio, quæ species alienationis, citra domini consensum, sive id fiat inter vivos, sive mortis causa, Vasallo interdicta est o. i. §. donare, 2. F. 9. t. tit. de prohib. feudi alien. 2. F. 52: simile jus permulti statuunt in Emphyteusi, verum planè de ea contrarium esse constitutum, eamq; omnino rem alienabilem esse disputando defendi posse non dubitamus, adeo ut etiam domino non consentiente, Emphyteuta eam donare possit, quod probamus per l. t. C. de fund. patrim. ubi Constantinus Imperator rescripsit Emphyteutam Reip. jus suum citra judicis voluntatem alteri donare posse. Idem igitur in privata Emphyteusi statuendum. Imò licet Emphyteutæ venditio esset interdicta (quod tamen non est sed requiritur consensus domini, non ut vendere liceat, sed ut ipsi potius, quam alij emendi potestas fiat, eoq; non tam requisitio consensus domini hæc est; sed simplex cercioratio, ut dominus intra duos menses alijs præferatur, l. 3. C. de J. E. Bach. vol. 1. d. 29. t. b. 13. lit. e.) non tamen eo ipso donatio quoq; auferenda l. fin. C. de pred. decurion. l. 71. §. fin. ff. de legat. t. ubi legato fundo vestigali non proprietas, sed jus quod in illis fundis quis habet legatum censetur. Legatum autem donationem esse probat l. 36. de legat. 2. Gœdi. ad l. 219. n. 3. de V. S. Gail. 2. O. 25. n. 6.

32. Modus seu forma donandi non semper eadem, specialem enim solennitatem donatio ferè non requirit, Duar. c. 4. b. t. Et quamvis olim non aliter quam traditione aut stipulatione perficiebatur l. 3. §. 1. ff. de O. & A. §. 2. Inst. ead. §. per traditionem Inst. de R. D. tamen hodiè nudo pacto soloq; consensu perficitur §. 2. I. b. t. l. 2. §. 12. ff. eod. rei traditione impletur, aliud enim est perfici aliud impleri l. 8. de peric. & comm. rei vend. l. 46. ff. de act. empl. hodiè igitur quod ad donationem attinet, est perfectio ante traditionem quoad

quoad dominium non item; quod ante rei donata traditionem ad-  
huc donatoris est. l. 35. §. 1. b. t. l. 6. ff. eod. Ad præcavendas vero  
fraudes in immensis donationibus committi solitas, introductum  
est ut donationes quingentos solidos excedentes a ditis insinuentur,  
libris publicis consignentur, & ad acta publica referantur l. 34. l. 27.  
§ 35. C. 3. C. b. t. per solidum intelligunt communiter Dd. aureos  
urganicos Vid. Ampliss. D. Lindeman. exerc. Justin. 2. tit. de donat.  
ib. 10. § 15.

33. An vero donatio Ecclesiæ, civitati vel ad pias causas & reli-  
giosas personas facta, abq; insinuatione valeat, queritur? Non diffi-  
culter autem Respondetur, cum res decisæ sit expressè in l. 19. l. 15. C.  
de SS. Eccles. l. 35. §. 5. vers. tantoz magis C. b. t. nam licet magnus sit  
favor piarum causarum & Ecclesiarum; tamen, cum hæc solennitas  
propter publicam utilitatem introducta sit, referente Cujac. C. de  
donat. §. in hoc consentiunt. fraudi non pateat occasio, & veritati  
magis constet authoritas; ideoq; & hoc casu eam necessariam au-  
tem; tum ob rationem in d. l. 35. §. 5. in fin. disertis verbis expres-  
sam; & si insinuatio fuerit omissa, non in solidum, sed tantum in su-  
perfluo vitiatur l. sancimus. 34. C. b. t. d. l. 35. §. 3. in fin. C. eod. Nov.  
162. c. 2. §. 2. l. 94. de R. J. utile enim per inutile non vitiatur, ubi al-  
terum ab altero separari potest & utile 42. & ibi Dyn. n. 2. de R. J. in 6.  
& excessus per condictionem repetitur l. 21. ff. b. t. ibiz Glos.

34. Nec tamen omnis donatio excedens 500. solidos insinua-  
tione opus habet, sed sunt casus, in quibus, quantacunq; etiam sit  
donationis summa, insinuatio minimè requiritur; quando scilicet  
donatio ab Imperatore uxori aut alij facta l. 34. pr. verb. exceptis C.  
b. t. l. 19. C. de SS. Eccles. l. 26. C. de don. int. vir. & ux. l. ult. C. de qua-  
drien. præsc. quia in Principe nulla fraus, nullusve dolus, ob maje-  
statem personæ, timeri potest Obrecht. econ. donat. disput. 2. ib. 192.  
Vel in Imperatorem ab alio privato collata, quæ publico instrumen-  
to comprobatur, subscripto à donatore & testibus Nov. 52. c. 2. ibi.  
Cujac. auth. item à privatis C. b. t. Vel etiam militibus à magistris  
militum aut pro captivis redimendis facta l. 36. §. 1. C. b. t. quæ lex,  
cum loquatur de mobilibus & moventibus taxativè, ad immobiles  
res non est extendenda, cum immobilia ad milites non pertineant  
neq; ad magistros militum, sed juxta l. 20. §. 1. ff. de capt. & postl.  
B. 3. publi-

Publicantur, id est, publica sunt, Gothofred, in not. d. §. 1. unde magistros militum castra vel regiones, quas jure belli occuparunt donare non posse notat Bald. ad l. si quis pro redemptione. C. b. t. plures exceptiones vid. ap. Dd. scil. quando quid donatum in refectionem ædium collapsarum &c. vel si res plures non uno tempore simul, sed diversis temporibus ab una persona donentur, quia tot intelliguntur donationes, quot vicibus factæ, l. 34. §. 4. C. b. t. ibiq; Cujac. Temporumq; diversitas, non rerum varietas diversas facit donationes Hotom. add. l. §. 4. Et similes.

35. Et sic donatio semel collata & acceptata temere non revocatur; nisi vel ob ingratitudinem donatarij; cuius ingratitudinis causa in l. generaliter. 10. C. de revoc. donat. recensentur quinq; neq; plures admittendas esse censemus; licet multi contradicunt; si enim incertæ sunt causæ revocandæ donationis, quid opus erat enumeratione causarum? aut cur Imperator illam particulam taxativam tantummodo adjecit, si adhuc alias causas licet assumere? Giphan. ad d. l. ult. C. de revoc. donat. Competitq; hoc beneficium revocationis soli donatori, non etiam heredibus, l. 1. Et d. l. fin. C. de rer. don. nisi donator coram testibus, animum revocandi declarans, morte præveniatur arg. l. posthumus §. fin. cum l. seq. ff. de inoff. testam. vel causam in gratitudinis mouere incepit d. l. fin. C. de donat, vel sibi suisq; in contractu revocationem reservavit, ut nonnulli volunt.

36. Vel revocatur ob supervenientiam liberorum l. 8. C. de revoc. donat. ita tamen, ut, si liberi vivo darente moriantur, donatio reconvalescat, modo præfinito à Gometz. 2. var. ref. c. 4. n. 12. Cum verò d. l. 8. dispositio concepta sit in specie de patrono donatore & liberto donatorio; Anne ad quemcunq; donatorem liberos non habentem porrigi & extendi possit ac debeat, an verò ad casum de quo nominatim agit sit coarctanda? perplexa & in utramq; partem ambiguo Marte agitata questio est. Verum hic in fidis silentij castris milito, magis mutus quam pectoris, Apollini commissurus decisionem; interim constat quod illorum opinio communior perhibetur qui d. l. generaliter de donatione facta cuiilibet & à quolibet accipiendo putant; quam viam presserunt primæ notæ JCti, quorum authoritas alicui pro ratione esse posset; Cujac. lib. 20. O. c. 5. Et in C. de revoc. donat. Mynl. 5. O. 63, Et 6. O. 69. Fachin. 3 controv. 83. Matth.

Matth. Steph. cent. 2. q. 46. lit. 4. Bocer. tratt. de donat. c. 3. n. 28. &c.  
hoc, ob rationem legis generalem, quæ posita est in conjectura  
pietatis, quod verisimile non sit patrem extraneo donaturum fuisse,  
si de liberis cogitasset, &c.

37. Nec hoc silentio Pythagorico prætereundum, num pater  
istius l. g. beneficio renunciare possit? ut autem in priore varietas,  
ita & in hac diversitas legitur sententiarum; unde Gail. l. O. 40. n. 11.  
& Myns. s. O. 63. in fin. Cæsaream decisionem desiderant; & Dd. cu-  
mulum pro utraq; parte hanc quæstionem tractantium cumulate ad-  
ducunt; Nos exercitij gratia donec meliora edoceamur affirmativa  
patrocinium suscipimus, freri telis & clypeis, quos subministrat  
Bocer. d. l. ita tamen ut patris renunciatio non noceat liberis, quod  
minus suam legitimam consequi possint; res enim inter alios acta,  
alios non nocet, tot. tit. C. inter alios act. vel jud. alijs non noc.

38. Vel deniq; resolvitur illa donatio per inofficiose donatio-  
nis querelam, factæ in præjudicium liberorum legitimorum, cura-  
scilicet parentes vel in extraneum, vel unum ex liberis chariorem im-  
moderatè & profusè bona sua collocant, adeò ut ad cæteros liberos  
nihil ferè sit perventurum; quare eis constitutionibus Imperatorijs  
provisum est; ut si talis immensa, immodica, immoderata ac inoffi-  
ciofa sit facta donatio, ut donans non retineat tantum in patrimo-  
nio, ut legitima eis, quibus debetur, relinquatur, pro parte, qua ex-  
cedit legitimam revocetur, l. i. verb. quartam partem. h. s. verb. de-  
bitum & l. g. verb. pro ratione Cod. de inoff. donat. Cuja. s. O. 14. & in  
par. de inoff. donat. Gail. 2. O. 38. Gomez. d. c. 4. n. 13. Clariss. Cla-  
rus q. 24. n. 2. Bocer. d. tratt. c. 3. n. 27.

39. Hucusq; de propria, superest ut de non propria donatione  
paucis agamus; quæ non ex mera liberalitate sed sub certa causa in  
aliquem confertur, l. i. l. hoc jure 19. in pr. §. 1. §. pen. & ult. L. Aqui-  
lius 27 l. si pater 34. §. 1. ff. b. t. l. senatus 35. §. sed mortis causa & tot.  
tit. ff. & C. de mort. caus. donat. & tot. tit. C. de donat. ante nupt. Bo-  
cer. d. l. c. 4. in princ.

40. Estq; hæc donatio duplex: Vel enim mortis causa donatio  
est: vel non mortis causa sive inter vivos donat. l. i. ff. b. t. ubi Ictus  
Julianus ostendit donationem propriam esse, vel non propriam, &  
ad non propriam donationem refert mortis causa donationem, &  
reli-

*et aliquas omnes donationes que non sunt simplices & absolutæ donationes; Et quod mortis causa donatio, de quâ prius dicemus, propria, sive simplex aut absoluta donatio non sit, totidem expressis verbis docet JC. Paulus in l. 35. §. 2. ff. de morto. cas. doce.*

41. Definitur mortis causa donatio; quam quis metu mortis  
sive in aliquem protinus donationem agnoscentem confert, ita ut  
non nisi morte secura perficiatur: quam definitionem explicatam  
vide apud Bocer, d. tract. c. 5. alij aliter definitiunt, qua scilicet quis  
mortalitatis aut humanæ fortis cogitatione conterritus, ita donet,  
ut se potius, quam donatarium; illum verò potius quam hæredem  
suum habere velit, quam definitionem petunt ex l. i. l. 35. §. 2. & si-  
gnilib. u. ff. b. s.

42. Species hujus donationis tres recensentur in L Julianus 2.  
l. mortis causa 31. §. sine vers. rursus. l. senatus 35. §. 4. ff. de mortis causa.  
donat. quæ tres species omnes comprehenduntur sub verbis in defi-  
nitione positis QUAM QVIS METU MORTIS; & ex-  
plicantur à Dd. ita; aut fit à sano hominē propter metum futuri tan-  
tum periculi vel mortis: & habet tunc suum effectum morte subse-  
cuta. Aut fit metu præsentis periculi, & res statim fit donatarij  
potest tamen revocari per donantem superato periculo, aut morte  
non subsecuta. Aut metu quidem mortis vel periculi quis donat, ea  
tamen intentione, ut res tunc demum fiat donatarij si mors invaserit  
donantem cit. ll.

43. Donare hoc modo potest, quicunq; & testamentum facere, licet non faciat, l. 25. ff. b. t. & ibi Dur. c. 2. Andr. Rauchbart. p. 6.  
q. 32. n. 8. filius familias tamen, cui ne permittente quidem patre, testamentum facere licet, donare mortis causa non prohibetur, si expressus patris consensus accedat, qui milite existente filio, necessarius non est d. l. tam is. §. 1. l. Marcellus ff. b. t. l. filius fam. ff. de donat. & l. qui in potestate ff. de testam. hinc pupillus curatore authore, mortis causa non recte donat, l. i. §. 1. ff. de tut. & ration. distr. minorem verò absq; curatoris consensu donare posse tradunt Wesen. in par. hic. n. 4. & Fach. 5. controv. 6. per §. fin. Inst. qui & ex quib. caus. max. non poss.

44. Hic quoq; ingredi placet labyrinthum controversæ quæstio-  
nis, An donatio causa mortis per procuratorem fieri possit? Quod  
non

non possit jam olim de jure responsum esse in Scabinatu Lipsico te-  
stes sunt locupletes D. Modest. Pistor. p. 2. 99. ff. & D. Moller.  
*l. 1. semestr. c 5. n. 5.* & 12. Quarum hic, duo præjudicia simpliciter pro  
hoc sententia adducit; ille, sic factas donationes invalidas esse existi-  
mar, si mandatum donandi sufficiens probari nequeat, sufficiens  
verò ita demum hoc casu haberi, si in mandato eadem solennitas  
observata fuerit quæ in donatione mortis causa requiritur, id est,  
si donator in præsentia s. testium mandatum procuratori dederit, &  
procurator deinceps coram s. testibus vel apud acta donationem  
expediverit *juxta l. fin. C. b. t.*, & varia jura alia; Verum utut hæc  
sese habeant, contrariam tamen sententiam approbari ab interpp.  
video; Videatur Andr. Rauchbart. p. 2 q. 16. per tot: ejusdemq; quest.  
*32. part. 1.* ubi non perplexè sed prolixè tractat questionem utrum  
mulier Imp. Saxon. absq; curatore mortis causa donare possit? ad  
ad quem lectorem remissum volo, ne crambem ab eo & alijs co-  
etiam pulcherrimè, recoquam miserrimè.

45. Donari potest, sive mortis causa capere permittitur omni-  
bus, qui legata accipere non prohibentur, *l. omnibus. 9. l. 35. ff. b. t.*  
Rauchbart. *d. l.* siquidem hæc à nonnullis juris interpretibus lega-  
tis adæquabatur *l. Marcellus. 15. l. 37. ff. b. t.* cum autem hoc contro-  
versum & dubium erat; ideo Justin. omnem dubitationem sustulit;  
& sibi juris hujus introductionem tribuit; quare jam per omnia ferè  
hæc donationes ad Exemplum legatorum redactæ sunt *S. 1. Inst. de*  
*donat. l. ult. C. de donat. caus. mort. Nov. 87.* proindeq; Lex Falcidia  
tam in hisce donationibus quām in legatis locum habet, *l. 5. l. 12. C.*  
*ad L. Falcid. l. 2. in fn. C. de mort. caus. don. l. 1. §. si quis ff. quod legat.*  
particula ferè inquit quibusdam casibus, etiam nunc differentiam  
legatorum & mortis causa donationem mansisse, quos casus expo-  
sitos vid. ap. Ampliss. Dn. D. Lindeman. in exerc. Justin. exerc. 2.  
tit. de don. th. 7. Crispin. in not. add. s. 1. Inst. b. t. lit. d. qui verò le-  
gata accipere prohibeantur vid. apud Schneid. hic n. u. & 12.

46. Materia hujus donationis planè eadem est quæ propriæ &  
simplicis, nam quæ inter vivos donari possunt, multò magis inulti-  
ma voluntate arg. tit. *Inst. de Leg. Euf. Can. toll.* quare cum supra de-  
ea sit paulò fusius dictum, malo B. L. remittere ad th. 27. & seqq.  
quam crambem bis coctam hic reponere.

C

46. Con-

47. Constituitur hæc donatio aliquando sub conditione, ut  
puta, si non convaluerit donator; interdum purè, sed ita ut sub  
conditione resolvatur l. 2. ff. b. t. & requiratur ad ejus constitutio-  
nem, 1. expressa mentio mortis: nam aliás præsumitur donatio sim-  
plex inter vivos l. sej. 42. §. 1. in fin ff. b. t. § 1. Inst. b. t. 2. ut fiat co-  
ram quinq; testibus l. fin. C. b. t. hi namq; si adsint, insinuatione  
non est opus, utcunq; etiam excedat summam 500. solidorum; si  
verò quinq; testes deficiant, ut donatio valeat, insinuatio accedere  
debet, Schneid. §. 1. Inst. de mort. caus. donat. num. 14. Bachov. ad  
Treutl. d. disp. 19. tb. ult. lit. e. aliter Treutler. qui in contrariam sén-  
tentiam inclinare videtur. 3. ut tam in donantib; quam donatarij  
præsentia fiat, l. 38. ff. b. t.

48. An vero hæc donatio ea lege fieri possit ut nunquam re-  
vocetur dubitatione haud caret; Affirmatæ conclusioni patroci-  
nantibus calculum damus, moti apertissimis juris textibus in l. 13.  
in fin. ff. b. t. ubi Julianus sic quoq; potest donari mortis causa, ut  
nullo casu sit ejus repetitio, id est, nec si convaluerit donator, que  
verba repetit JC. Paulus in l. 35. §. 4. in fin. eod. tit. Novell. 87. &  
hanc sententiam amplectuntur Giphan. atq; Coras, in l. ubi 27. ff. de  
mort. caus. donat. & Anton. Fab. 45. error. pragmat. quos securus  
novissime Claris. D. Hunn. in resolut. ad Treutl. disp. 19. tb. 9 q. 57.  
Diss. Schneid. Boer. Fachin. & alij.

49. Fit hæc donatio ideo, ut morte insecura tandem perficia-  
tur l. 32. ff. b. t. licet enim interdum ita detur mortis causa, ut statim  
accipientis res fiat, non tamen prius quam donatoris mors insequa-  
tur, perfecta videtur, d. l. 32. & l. 29. ff. eod. effectus hujus donatio-  
nis consistit in eo, ut mortuo donatore, ipso jure res donata, dona-  
tario acquiratur, etiamsi non sit tradita à defuncto l. 37. ff. b. t.

50. Revocatur hæc donatio pœnitentia donatoris l. qui mortis  
causa. 30. ff. b. t. item donatore reconveniente aut effugiente peri-  
culum l. 2. & ibi gloss. in verbo accipientis ff. eod. tertio, morte dona-  
tarij modò ea vivo donatore contingat, l. cum quis 12. ff. de condic.  
caus. dat. l. non omnis. ff. de R. C. quibus addi solet, quod etiam per  
crimina capitalia post declaratoriam sententiam irrita fiat hæc do-  
natio, l. si aliquis. 7. ff. b. t. neq; dubitandum an in hac donatione  
beneficio l. si unquam. 8. C. de revoc. donat. locus sit? siquidem re-  
voca-

vocatur pœnitentia etiam non suscep̄tis liberis; quod si non fuerit revocata à patre, non revocatur à liberis postea suscep̄tis nisi proportione falcidiz, quæ tam in hisce donationibus quam in legatis locum habet, uti dictum thesi 45. Et hæc de donationibus mortis causa.

50. Succedit jam altera impropriæ donationis species: scilicet non mortis causa donatio; quam quis sine mortis lusæ metu in aliquem sub causa inter vivos confert quippe omnis donatio, quæ sit sub causa absq; metu mortis non est mortis causa donatio, quod omni caret dubio.

51. Estq; hæc donatio rursus duplex; aut enim sit causa nuptiarū; aut absq; nuptiarum causa; quarum neutra propria sive simplex donatio est; illa, quia sit sub aliqua causa videlicet nuptiarum, quibus non securis evanescit, l. cum veterum. 15. & seq. C. de donat. ant. nupt. cuius species tres recensentur, quarum prima nuncupatur sponsalitia largitas, vel dotis constitutio, vel donatio propter nuptias; quæ uno communi nomine Cujacius vocat sponsalia in par. C. de donat. ant. nupt. in fin. & generaliter accepto vocabulo, sponsalitia largitas, comprehendit has tres sub se species; sumitur enim pro dote in l. 4. C. de secund. nupt. l. prædia. 8. C. de prædijs min. pro donatione propter nuptias in Nov. 22. c. 18. & seq. ibi, aut sponsalitia largitas, item c. 20. ibi, sponsalitiam vero largitatem & c. seq. ibi, nego super sponsalitia largitate &c. propriæ tamen & specialiter hæc inter se differunt.

52. Sponsalitia largitas est donatio, quæ sit à patre sponsi in sponsam, aut contra; & non securis nuptijs, si culpa accipientis, evanescit: si verò sponsi aut sponsæ morte, quod darum est à parte sponsi, osculo interveniente, pro parte dimidia per defuncti hæredes repetitur. Quod verò à parte sponsæ darum est, interveniente vel non interveniente osculo, totum infirmatur; quod verò donatio rectè appelleretur constat ex l. sante 8. ibi donavit, & duabus lib. seqq. l. cum veterum. 15. & seq. C. de donat. ant. nup. ex quibus, in primis duabus postremis & reliqua desumpta sunt.

53. Regerat hīc quispiam sponsalitiam largitatem esse quan- doq; propriam donationem l. i. s. fin. ff. de donat. l. 8. & seq. C. de donat. ant. nupt. Ergo non evanescere secundis nuptijs, maleq; re-

C 2 ferri

ferri ad non proprias donationes; Verum hic Distingu: inter jus  
vetus & novum; olim quidem donatio celebrata inter sponsum &  
sponsam quandoq; propria fuit; sed hodie semper intelligitur fieri  
contemplatione futuri matrimonij l. 15. C. d. t. & distinguitur à  
donatione propter nuptias, quod hæc fiat propter dotis dationem:  
illa non item §. sed nos plenissimo, Inst. de donat. l. ult. §. sancimus C.  
d. t. item quod hæc sit à sola parte mariti; illa verò & à parte mariti  
& à parte uxoris fieri potest, d. l. 15. in fn. C. de donat. ant. nupt.

55. Dotis constitutio est donatio quæ à parte uxoris ad sustinenda facilius matrimonij onera in virum vel ante vel post nuptias confertur; donatio appellatur in l. ult. §. i. ibi proper dotis donationem C. de don. ant. nupt. dixi præterea, quæ à parte uxoris, non dico ab uxore; ideò, quia dos quandoq; etiam ab alio; quam uxore, marito datur l. si constante. 19. C. d. t. l. g. C. de past. convent. unde dos quæ ab alio, quam uxore datur, vel est profectitia, vel adventitia, l. 5. in princ. & §. si quis certam g. vers. ult. ff. de jur. dot. Ulpian. in fragmentis tit. 6.

56. Profectitia dos est, quæ à patre profecta est, de bonis vel facto ejus: quam scilicet vel ipse pater, aut avus ex bonis suis dedit, vel quæ ab alio administrationem habente data est ex bonis patris aut avi, vel etiam quam extraneus intuitu & occasione patris ex bonis suis proprijs dedit, d. l. 5. ff. de jure dot.

57. Adventitia dos est, quæ aliunde, quam à patre aut ejus intuitu datur Ulpian, in fragment. d. l. quæ distinctio benè advertenda, habet etenim suos in distinctis membris diversos effectus, Dd. in d. l. 5. ff. de jur. dot. quia profectitia dos in collationem venit, sed adventitia non item l. 1. l. 3. ubi Dd. ff. de collat. l. un. §. videamus C. de rei uxori. act. altæ differentiæ passim occurruunt in libris juris, præsertim sub tit. ff. de jur. dot. & tit. solut. matrim.

58. Ex his fatis liquet qui constituere dotem possint; & licet simplex donatio inter parentes & liberos in sacris eorum constitutos, irrita sit, de quâ suprà, dotis tamen causa filiabus recte donant parentes, l. Pomponius. 35. ff. fam. ercise. hæc quippe non simplex donatione l. 20. §. ad hac cum ante nuptias C. de collation.

59. Res vero omnes quæ in commercio sunt in dotem dari possunt etiam incorporales l. 7. §. 2. & 3. de jur. dot. l. 6. ff. sol. matrim.

trim. & similibus: imò & vestes, & res pretiosæ, quas pater nuptiarum tempore filiæ donavit in dote dantur, adeoq; filia & has sicuti ipsam dote conferre tenetur Gail. 2. O. gl. n. 5. & 6. An vero res alienæ in dote dari possint, eleganter & prolixè disputat Bachov. in not. ad Treutl. vol. 2. disp. 7. tb 4 lit. c: quem adi. Regulariter tamen feudum in dote dari nequit, per S. donare, qualit. olim feudum alienatur, & tit. de prohib. feud. alien. A fæmina autem ipsa feudum quod tenet in dote marito dari posse, ex Dd. tradit Wurmb. in Obs. pract. tit. de feud. obs. 19. neq; enim hæc datio vera alienatio est, cum jus fœminæ præsertim post l. 30. C. de jur. dot. maneat integrum, nec quicquam inde præjudicij inferatur domino, cum alijs feudum fæmineum magis à servitijs soleat esse liberum, & utiq; per alium servitia præstari possint: Erit autem procul dubio consensus domini necessarius, si pacta delucranda dote interponantur vid. 2. F. 13. & 16. Hartm. Pistor. 2. q. 37. Fachin. 7. contr. 78. Bachov. d. l. lit. c.

60. Constituitur dote varijs modis, vel ultima voluntate, vel inter vivos, vel æstimata vel inæstimata, etiam indefinite promissa; adeò ut nec insinuationem requirat, licet excedat 500. solidorum quantitatem, l. ulti. §. i. & ibi Cyn. num. 4. C. de jur. dot. Cuiac. ad Nov. 119. neq; obstat auth. eo decursum C. de donat. ant. nupt. hæc etenim loquuntur non de dote, sed donatione propter nuptias, quæ separata species est à dote & alijs donationibus; à separatis autem mala sit illatio l. 20. ff. de minor. Everhard. in topic. loc. à separatis; potiusq; de diversis diversum jus statuendum, arg. l. 2. §. idem Julianus ff. de eo quod cert. loc. quod autem d. auth. de donatione propter nuptias loquatur, constat ex eo quod desumpta est ex Nov. 119. quæ est de donatione propter nupt: & perpetam inscribitur, ut sponsalitia largitas &c. rectè verò de donat; propter nuptias Cuiac. ibid. Duaren. ad tit. solut. matrimon. c. de donat. propt. nupt. in fin.

61. Plura de dote; quale videlicet jus mulier in dote cauta, numerita & opinata contra mariti creditores habeat? de quâ Andr. Rauchbart. p. 2. q. 30. per tot: satis solidâ ac notatu dignissima tradit; ut & alias infinitas quæstiones consultò prætereo, cum hæc materia huc propriæ non pertineat, & alias adeò sit diffusa, ut vix peculiari disputatione includi queat.

62. Hoc saltem hic de ea superpondij loco addo, quod dos profectitia uxore mortua ad patrem revertatur l. 6. & ibi Gothofr. ff. solut. matrim. l. 4. C. eod. An vero hoc indistincte obtineat sive liberi sint superstites sive non? velitatio est non novissima, sed antiquissima, non levissima sed profundissima & argumentosissima, inter utriusq; juris interpp. acutissimè disputata, neq; hodie rarissima: sed frequentissima: olim enim inter Bulgarum & Martinum agita ta; quorum ille, affirmativam propugnavit, cuius sententiam contine re veritatem Evangelij ait Cyn. in l. 4. C. solut. matrim. verio remq; pronunciat eam esse, Odofred. ibid. eandemq; probat Castrensi. l. 40. sol. matrim. n. 5. Barr. ibid. n. 28. Salicet, d. l. 4. qui ait, eam omnes sequi; novissimè Anton. Fab. 13. conjett. i. & seqq. Hic vero, Martinus sc. dotem penes maritum remanere liberis superstibus defendit, quem etiam multos sequuti fuerant, Nos opinionem Bulgari de jure veriorem esse nulli dubitamus, per textus aliquam muleros, qui simpliciter & distincte filia in matrimonio defuncta, dorem ad patrem reverti statuunt, velut in l. 6. ff. d. t. jure dot. l. 6. C. eod. l. 10. solut. matrim. l. 4. C. eod. l. 81. pro socii l. 2. C. de bon. que lib. l. 13. C. de negot. gest. l. ult. in pr. rem rat haberi l. 17. ad Sctum. Velejan. l. 6. de collat. l. 71. de evict. l. 26. §. 2. de pact. dotalibus & sparsim in ll. alijs vide omnino subtilissimi ingenij Jctum. Reinh. Bachov. in not. ad Treutl. vol. 2. disp. 7. tb. 11. lit. c. Rauchbart. p. 2. q. 18. n. 39.

63. Interdum etiam constante matrimonio dos repetitur, si enim maritus ad inopiam vergat, quo cunq; modo facultatibus labatur, uxori constante matrimonio dotem repeteret licet l. 24. solut. matrim. l. ubi 29. & 30. C. de jur. dot. perveniente tamen marito ad meliorem & pinguorem conditionem dos restituatur: quoniam ut vulgo dicitur, res facile redit ad suam naturam, & exactio haec dotis planè extraordinaria & irregularis est, cum alias dos penes maritum esse debeat, tam jure civili, quam Saxonico. Rauchbart. p. 1. q. 23. n. 5. & seqq. &, haec paucula de dotis constitutione dixisse, sufficiat:

64. Sequitur donatio propter nuptias, quæ à parte mariti vel ante vel post nuptias in uxorem propter dotis donationem confer tur; quam cum non ipse maritus solùm, sed & pro eo quilibet aliis in uxorem conferre potest, Nov. 19. in pr. l. 19. C. de don. ant. nupt. ideo

ideo dixi à parte mariti; reliqua verba desumpta ex l. ult. in pr. & §.  
sanctimus C. d. t. d. Nov. 19. habet hæc donatio in diversis locis di-  
versa nomina, in Flandria vocatur Duaria; in Sabaudia dicitur Do-  
tarium: in Francia appellatur aliás Doarium: Vocatur etiam Dot-  
alitum, ut in c. plerumq; de donat. int. vir. & uxor. ubi glossa super verb.  
Dotalitum. item Panormitan: & alij Canonistæ. Dicitur quoq; An-  
tipherna in l. 20. in pr. C. de don. ant. nupt. vulgò & Germanicè ap-  
pellatur ein Gegenvermachnung oder Leibgeding. & hæc doti compa-  
ratur §. ult. Inst. de donat. dosq; mariti vocatur, constituta ad aqua-  
litatem dotis & donationis propter nuptias inducendam l. ex morte,  
auth. aequalitas. C. de pact. convent. l. ult. & auth. dos data C. de don.  
ant. nupt. Nov. 97. c. 1. & 38. quæ tamen aequalitas hodiè non obser-  
vatur Gail. 2. O. 78. Clar. d. §. donatio. q. 16.

65. Hæc donatio fictione juris etiam absq; tradizione Wes. in  
§. est & in fin Inst. de donat. d. auth. dos. data. C. d. t. rem uxoris fa-  
cit, ut hypotheca potius videatur, l. fin. cum auth. seq. C. de donat.  
ant. nupt. Nov. 61. insinuationemq; hodiè desiderat, si excedat 500.  
solidos, quæ tamen omissa periculum viro creat, non uxori l. ult. §.  
smili C. dejur. dot. Novel. 127. l. minoribus C. de donat. ant. nupt. vid.  
Nov. 19. c. 1. Cujac. verò existimat hanc donationem penitus hodiè,  
ex usu sublatam, & receptam esse donationem, quæ datur favore  
& respectu matrimonij, quæ fit alteri conjugum à parente vel extra-  
neo conjugij non conjugis nomine Cujac. lib. 5. O. c. 4. in fin. con-  
sentit Clar. 4. sent. §. donatio q. 11. & 10. n. 2. adde eundem Cujac. 2.  
feud. 9. Althus. lib. 1. f. R. c. 36. & tantum etiam de non propria do-  
natione, quæ fit causa nuptiarum.

66. Dixi autem thes. 52. aliam quoq; non mortis causa donationem fieri absq; nuptiarum causa de qua jam ut agamus ratio metho-  
di postulat; diciturq; remuneratoria, quæ fit vel ob præteritam cau-  
sam, vel futuram; illic, ut si donec quid alicui quod me defenderit,  
vel ab hostibus & latronibus eripuerit l. s. pater 34. §. 1. ff. de donat.  
vel erudierit, l. Aquilius 27. ff. eod. hæc quoq; inter patrem & filium  
valet, Gail. 2. O. 38. item inter conjuges Myns. cent. 2. O. 33. Gail. 2.  
O. 75. Clar. d. q. 16. & 17. interim merita, ob quæ fit hæc donatio sunt  
exprimenda. d. l. Aquilius de donat. Myns. c. 4. O. 75. Clar. d. l. q. 3.  
Quod si princeps aliquis donet alicui ob benè merita castrum, vel  
quid

quid aliup, postea verò idem illud alteri bene merito doner; horum  
donatariorum posteriorem præferendum esse docet Gail. 2. O. 55.


67. Ob futuram causam sit donatio hæc, ut si decem tibi do-  
nem ut Stichum emas l. 2. §. Titio de donat. vel servum manumittas  
l. Arift. 18. §. 1. de donat. vel ut invicem quid mihi des, quæ vicissi-  
tudinaria donatio & reciproca dicitur, de qua Clariss. Clar. 4. sent.  
q. 2. infin.

68. Deniq; dicendum restat quibus remedij res donatæ peran-  
tut; & primò circa donationem propriam notandum, si res nondum  
tradita sit, eamq; donator tradere recusat, vel ex stipulatu agendum  
esse, si nimisrum donationi stipulatio inserta fuerit Nov. 162. c. 1. l. si  
quis argentum 35. §. 5. C. de donat. Giphan. ibid. n. 14. vel condicatio-  
ne ex lege, si nudo pacto sit perfecta donatio, d. Nov. c. 1. vers. 6  
sancimus ibid. Cujac. Cora. 3. mis. c. 15. Duar. de donation c. 7. sed  
duntaxat in tantum, quantum facere potest l. 12. l. 33. in pr. de do-  
nat. l. 19. §. fin. de re judic. l. 28 ff. de R. f. ne ob uitiam liberalita-  
tem, in imam coniiciatur egestatem, d. lib. nec tenetur etiam dona-  
tor ad evictionem licet dol. actione conveniatur, si dolo rem aliena-  
nam donaverit l. 18. §. fin. ff. de donat. nisi nominatum promiserit evi-  
ctionem l. 2. C. de evict.

69. Circa impropriam sive mortis causa donationem non in-  
consultè queritur, quâ actione donatarius uti possit, ad consequen-  
dam rem sibi donatam mortuo donatore? Existimamus eum rei  
vindicatione; aut publicina in rem actione; vel utili actione per-  
sonali ex testamento experiri posse. arg. §. nostra autem Inst. de leg.  
juncto §. mortis cauf. Inst. b. t. Econtra donatorem revocata dona-  
tione (cum enim ipso jure rei donatæ dominium ad eum revertitur  
l. si mortis l. non videtur ibi gloss. de mort. cauf. don) fructus perce-  
ptos ac percipiendos, à tempore factæ donationis l. cum quis ff. de  
cond. cauf. dat. cauf. non sec. refusis necessarijs vel utilibus impensis,  
vel per utilem rei vindicat: vel condicione ex lege i dona-  
tio repetere posse ex l. his ibid. Gloss. verb. actio-  
nem C. de revoc donat. concludimus.







riti; reliqua verba desumpta ex l. ult. in pr. & §.  
 Jov. ug. habet hæc donatio in diversis locis di-  
 andria vocatur Duaria; in Sabaudia dicitur Do-  
 ppellatur alijs Doarium: Vocatur etiam Dota-  
 mg. de donat. int. vir. & uxor. ubi glossa super verb.  
 anormitan; & alij Canonistæ. Dicitur quoq; An-  
 pr. C. de don. ant. nupt. vulgo & Germanicè ap-  
 permachnung oder Leibgeding. & hæc doti compa-  
 lonat. dosq; mariti vocatur, constituta ad æqua-  
 nationis propter nuptias inducendam l. ex morte,  
 e pact. convent. l. ult. & autb. dos data C de don.  
 l. & 38. quæ tamen æqualitas hodiè non obser-  
 Clar. d. §. donatio. q. 16.  
 tio fictione juris etiam absq; tradizione W. es. in  
 de donat. d. auth. dos. data. C. d. t. rem uxoris fa-  
 potius videatur, l. fin. cum auth. seq. C. de donat.  
 si nuptiæ emq; hodiè desiderat, si excedat 50.º  
 omissa periculum viro creat, non uxori l. ult. §.  
 Jov. 127. l. minoribus C. de donat. ant. nupt. vid.  
 verò existimat hanc donationem penitus hodiè,  
 receptam esse donationem, quæ datur favore  
 onij, quæ fit alteri conjugum à parente vel extra-  
 conjugis nomine Cujac. lib. 5. O. c. 4. in fin. con-  
 s. donatio q. u. & 10. n. 2. adde eundem Cujac. 2.  
 i. J. R. c. 36. & tantum etiam de non propria do-  
 na nuptiarum.  
 thes. 52. aliam quoq; non mortis causa donatione-  
 riæ causa de qua jam ut agamus ratio metho-  
 q; remuneratoria, quæ fit vel ob præteritam cau-  
 lit, ut si donem quid alicui quod me defenderit,  
 atrunculis eripuerit l. si pater 34. §. 1. ff. de donat.  
 ilius 27. ff. eod. hæc quoq; inter patrem & filium  
 item inter conjuges Myns. cent. 2. O. 33. Gail. 2.  
 7. 17. interim merita, ob quæ fit hæc donatio sunt  
 quilius de donat. Myns. c. 4. O. 75. Clar. d. l. q. 3.  
 quis donet alicui ob bene merita castrum, vel  
 quid